



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XVII. Graf Heinrich von Anhalt stellt, als Tutor der Mark Brandenburg,
umgeben von markgräflichen Vasallen, eine Schenkungsurkunde für den
Dom zu Koßwick aus, am 1. August 1224.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostre confirmationis infringere. Si quis autem etc. Datum Laterani, septimo Idus aprilis, Pontificatus nostri anno septimo.

Aus dem Concepte im Vaticanischen Geh. Archive. Vgl. Voigt S. 15. 16.

XVII. Graf Heinrich von Anhalt stellt, als Tutor der Mark Brandenburg, umgeben von markgräflichen Vasallen, eine Schenkungsurkunde für den Dom zu Rosowick aus, am 1. August 1224.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Henricus Dei Gratia Comes Altharie ac Tutor Marchie Brandenburgensis. Cum in presentia nostre dignitatis ydoneum eventum sortitur alicujus rei contractus, quem etiam industria prudentum virorum utilem et honestum recognoscit, secundum rationem valet et ad longa tempora videtur efficaciter expedire, quod talis actio firmissimis et perpetuo mansuris literarum instrumentis maneat declarata. Nos ergo secundum hanc rationem sensus nostros regere cupientes, volumus, quod hujus temporis rationes ad oculum perveniant et succedens hominum posteritas plenius intelligat, quantus sit affectus, quantave devotio, quam Ecclesie Beate Marie Virginis in Cosswyk duximus exhibendam. Affectum itaque bone voluntatis per exhibitionis indicia videri cupientes, villam Bulceke cum suis attinentiis jam diete Beate Virginis contulimus Ecclesie, plenum consensum heredum nostrorum habentes. Hujus autem donationis testes sunt: Comes Bedericus, Comes Ludolfus de Halremunt, Theodericus Stranz, Ulricus Dapifer et plures fideles Marchie Brandenburgensis. Actum Anno Dominice incarnationis M. CC. XXIV., kal. Aug. Datum Berneborch per manum Marfilii Notarii nostri.

Nach Beckmann's Anh. Historie Thl. III, S. 314.

XVIII. Die Markgrafen von Brandenburg Johann und Otto bestätigen dem St. Johanner-Orden das Dorf Mirow, welches die Fürsten von Mecklenburg demselben geschenkt haben, am 5. August 1227.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes et Otto, Dei gratia marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Christianitatis sue cultum memoriter ostendunt, qui ecclesiam Dei benigno affectu fovent, edificant et tuentur. Unde noverint uniuersi, tam futuri, quam presentis homines temporis, quod nos honorum illorum donationem, quam dilecti fideles nostri, filii nobilis uiri domini Burwini circa fratres et ecclesiam hospitalis sancti Johannis baptiste in Accon pro suorum remedio peccatorum fecerunt, villam videlicet Mirowe cum stagno ipsius ville, stagnum Dammene et riuum, qui fluit per stagnum Mirowe, desuper et inferius, perpetualiter confirmamus, et siqua alia bona etiam secundum temporum cursum et ut diuinitus ipsis fuerit inspiratum, eroganda duxerint eisdem. Ut autem hec nostra donatio rationabiliter facta nullatenus valeat immutari, presentem paginam inde con-